



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Roberti Tvrneri Devonii Oratoris Et Philosophi  
Ingolstadiensis Panegyrici Dvo**

**Turner, Robert**

**Ingolstadii, Anno M. DC. IX.**

Robertvs Tvrnervs VVenceslao Petreo Serenissimo vtiusque Bauariæ Duci  
à Consiliis S. P. D. Monachivm. XVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69598](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69598)



verbo efficies etiam, vt paulò post non dico pro Monachio amem Ingolstadium, sed pro VVelfero colā Holonium, de publicis rebus? loquuntur nuptias Anglæ cum Gallo, ioculare hoc planè, ita omnes affirmant esse, quod ego iuro non esse, vidistin' insaniorem Oratio? summittit, qui rogent Catholicos Principes de milite in illorum prouinciis legendo. heus, si das, narro, promittin' Euangelia? Tornacum venit in potestatem Regis. Heretici timent, Catholici triumphant. Vale. Monachij.

---



---



---

ROBERTVS TURNERVS

VENCESLAO PETREO SERENISSIMO  
vtriusque Bauariæ Duci à  
Consiliis S. P. D.

MONACHIUM.

XVII.

**N**ihil est in rebus, quod cupiā magis, quam commendari; nihil, quod minus soleam, quam commendare: illud, quia virtus mea, nisi aliena commendationis filo cohereat, facile apparet quantula sit; hoc, quia alienam virtutem sic admiror, vt semper timeam vel in sole nubem, vel in chrystallo nauum, tamen cum in aliquo video notas ingenij, in dolis, virtutis, quæ ita solis & chrystalli præferunt speciem, vt luceant sine nube, niteant sine nauo, soleo ex Cicerone



meo libare flosculos, cincinnos, calamiftra, omnia denique artis lumina, quibus has ingenij, indolis, virtutis dotes vel illustrem ignotas, vel notas ornem. nam si quid sum, virtutis sum. quid pergo? nisi virtutem commendem, planè me puto indignum, qui à virtute commender. Quare cùm à doctissimo Friderico, communi amico intellexeram ante paucos dies, quæri aliquem ad nobiles tui Principis ringendos imbuedosq; literis & moribus, in vna re volui agere duo, vt & optimo Principi probarem optimam fidem, & in summa re ornarem summam virtutem. ex multis ergo, quorum hîc mores gustâram, ac venas penè tenueram, secerno inprimis duos, vnum vna etate, alterum multis dotibus insignem. primum adhibui menses hîc tua, vt videres; alterum mitto iam Monachium, vt tentes. vin' dicam? isto Zindecchero nihil puto aptius ad functionem. est facilis natura, vt facillè regas; est pulchræ indolis, vt pulchrè ornes; est mentis optimæ, vt optimè ames. adde Philosophû, & Poëtam, & hac politiori literatura probè tinctum. tantùmne? etiam plura, maiora, eum vel natura fecit, vel finxit ars ad aulâ, organi & testudinis pulsanda mediocriter artificem, bellè cytharadum, insigniter cantorem. homulus quidem est, sed homulus agilis, & quò minor, eò fortasse aptior ad tuum nutum. nam illi maturi & magni putant id deberi suæ maturitati, vt dicant, vt doceant, vt faciant aliquid pro suo arbitratu: tùm hîc meus parvus ita dicturus, docturus, facturus

}

sic



fit omnia, vt ne bona quidem velit bene, nisi tu iubeas. estne eandem? ibit. manendum? manebit. docendum? docebit ad tuam normam. quid multa? quisquis erit, tuus erit. promisit ille mihi, promitto ego tibi, non dico hac, vt amicum ponam in bona gratia apud te (alter enim mihi perinde amicus est) sed vt ostendam Principi meam mentem, qui illius clientela velim commendare aut summos, aut nullos. nam si ex reliqua Bauaria seponas, qui hanc functionem aut possit melius, aut velit obire fidelius, ex iis non sum, quos Princeps putat sinceros. vide, quam non fallo, qui hac conditione commendo. nam cum plane iam statuerim & viuere & mori in Bauaria, id tantum proximè & secundum Deum ago & agam, vt siue me offeram, siue alios commendem, Principi probetur meam sinceritatem. non pergo commendando, mitto tantum adolescentem, vt in eo & me ames, & honestes Principem. Vale. Ingolstadij.

---

ROBERTVS TURNERVS  
VITO ZETZIO S. P. D.

ROMAM.

XVIII.

**D**EDI SHARBEO ad te literas, sed malè fortasse grauidas, quæ nihil à te responsi eliciant, ne id  
qui-